

Ann. VI.

Num. V.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA" Apud BURNS AND OATES

VARSIAE POLONORUM VARSIAE POLONORUM  
Rakowskie Przedmiescie, 15. Krakowskie Przedmiescie, 6

### IN ANGLIA

Apud FREDERICUM PUSTET

LONDON W.  
28, Orchard Street.

### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTR.

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.  
NEW YORK CINCINNATI  
52, Barclay Street. 436, Main Street.

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

VOX URBIS ANGELO SECCHIO.

IOANNIS VIRGINII SCHIAPARELLI PARTICIPATIO HONORIBUS A VOCE URBIS  
ANGELO SECCHIO TRIBUTIS.

ANGELI SECCHII VITA EPIGRAPHICE DESCRIPTA . . . . .	A. Angelini.
DE SPECULA AD COLLEGIUM ROMANUM DEQUE ANGELI SECCHII OPERE INILLA.	I. Fornari.
ANGELUS SECCHIUS . . . . .	E. Millosevich.
DE ANGELO SECCHIO . . . . .	A. Di Legge.
ANGELI SECCHII AURA POPULARIS . . . . .	A. Cancani.
ANGELO SECCHIO DE RE ASTRONOMICA EGREGIE MERITO, REVOLUTO AB EJUS OBITU ANNO XXV . . . . .	Fr. Xav. Reuss.
ANGELUS SECCHIUS . . . . .	A. Riccò.
DE ANGELO SECCHIO GEORGII E. HALE IUDICIUM . . . . .	H. Dossvald.
ANGELI SECCHII AUTOGRAPHON.	
SPECULATORIA TURRIS VATICANA PRO ANGELO SECCHIO . . . . .	I. Lais.
ANGELUS SECCHIUS INTIMUS . . . . .	P. d. V.
ANGELI SECCHII SCRIPTA . . . . .	I. F.

In tertia operculi pagina:

ANNALES . . . . .	Propoplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
AENIGMATA . . . . .	Fr. Palata.

## ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

\* SOCIETAS LATIALIS EDITRIX — Romae, Corso Umberto I, 219. \*

## LA LEGGE

MONITORE GIUDIZIARIO E AMMINISTRATIVO

An. XLIII

Commentario huic, de rebus forensibus deque rei publicae administratione monenti, grandis quidem mutatio hoc anno MDCCCCIII allata est. Non solum enim annuae subnotationis pretium, quod libell. 36 hactenus fuit, ad libell. 24 imminutum est (extra Italiam lib. 30); sed longe auctus commentarius dabitur sociis, qui bis in mense fasciculum accipient paginis LII, iisque magnis ac bifariam divisis, constantem. Exeunte autem anno, universi iuris supellectili (vulgo repertorio), ex Italorum commentariis forensibus omnibus deprompta, donabuntur.

In commentarium **LA LEGGE** redigendum plus triginta viri inter clarissimos iuris peritos incumbunt, ita ut omnium huius generis absolutissimus is exsistat, temque qui minimo pretio veneat.

*FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.*

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

**Società Editrice Laziale**

ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

## MINERVA

RIVISTA DELLE RIVISTE

An. XIII

**MINERVA** ex probatissimis totius orbis commentariis excerptit atque in epitomen cogit summi momenti scripta, quae de doctrinis, de ratione civili, de religione, litteris, bonisque artibus omnibus vulgentur. Singulis dominicis diebus XXIV magnis paginis prodit, praeter operculum, quod pag. VIII constat.

*Praemia lectissima sociis conferuntur.*

Pretium annuae subnotationis est  
libell. 10; extra Italiam libell. 12,50.

*FASCICULI SPECIMINIS GRATIA GRATUITO MITTUNTUR.*

Omnia quae ad commentarium attinent sic inscribantur:

**Società Editrice Laziale**

ROMA, CORSO UMBERTO I, 219.

Subnotatio binos commentarios complectens **LA LEGGE & MINERVA**  
libell. 31, loco libell. 34, datur.

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanæ Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

Ann. VI.

ROMAE, Kal. Martii MDCCCCIII.

Num. V.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

IN MEMORIAM ANGELI SECCHII.



P. P. Secchi

# VOCURBIS

IN MORNACIAGNA

"VOX  
COMMENTA  
C praec  
non modo,  
felicitati re  
tibus, erudi  
sine ratione  
memoriam  
referat anni  
decrevit. Ta  
mum vagi  
universo pe  
ternae, sed  
gentium nat  
eius aliquid  
nos tanto vi  
erare voluim  
singulis man

Cuius qui  
nobilissimos  
nobiscum fa  
opera comm  
etationi nost  
eorumque ne  
rantur.

Ampliore  
retulissemus  
mus, si com  
tantummodo  
dit versibus  
dicimus, - ta  
esset epistoli  
- sitque ha  
laus, - nos c  
mum quia la  
gnus et unive  
sensus profec  
eruditissimor  
et gratum iis  
haberi.

His igitur  
grates agit n  
nitati, quam  
illorum voto d  
mentario huic  
optabat, open  
sermonem ad  
staurandam e

VOX URBIS „ ANGELO SECCHIO.

**C**OMMENTARIUS hic noster, cui ab ipso ortu praecipuum fuit latini sermonis prosequi non modo, sed amplificare cultum veterique felicitati reddere, ut omnibus communis gentibus, eruditis viris praelestrem, habeatur, non sine ratione aliqua diem, qui Angeli Secchii memoriam restaurat, quum ab eius obitu XXV referat anniversarium, singulari modo celebrare decrevit. Tantus enim vir non oppido ubi pri-  
mum vagiit, non Italiae, non Europae, sed universo penitus orbi terrarum, sed famae aeternae, sed bono doctrinae omnis omniumque gentium natus est. Itaque quum de laudibus eius aliquid legere ubique gratum futurum sit, nos tanto viro libenter hasce paginas conscripare voluimus, quae latino sermone conscriptae singulis manifestae certaeque apparerent.

Cuius quidem rei minime nescii praecipuos nobilissimosque Astronomos invitavimus ut una nobiscum facerent, et Angeli Secchii nomen et opera commemorarent. Qui quidem nec exspectationi nostrae, nec suavissimo officio defuerunt, eorumque nominibus praesentes paginae decorantur.

Ampliorem uberioremque profecto segetem retulissemus si tempus unde opus aggressi sumus, si commentarii moles suppetiissent; haec tantummodo exiguum locum et spatium concedit versibus conscribendis: illud vero, — tempus dicimus, — tale fuit quale vix mittendis satis esset epistolis. Qua in re gestientes notamus, — sitque haec inceptui nostro non mediocris laus, — nos optima consequutos fuisse potissimum quia latina lingua usi simus. Atqui magnus et universalis iste summorum virorum consensus profecto probat latinum dicendi morem eruditissimorum hominum suffragio comprobari, et gratum iis, qui doctrinarum laude clarescunt, haberi.

His igitur viris Commentarius *Vox Urbis* grates agit maximas, etiam ex hoc quod Latinati, quam Commentarius tuerit, maximus illorum voto decor accessit; quotquot enim Commentario huic faciles praebuere aures, et, quae optabat, opere compleverunt, totidem latinum sermonem ad unitatem omnium gentium restaurandam optimum ostenderunt.

IOANNIS VIRGINII SCHIAPARELLII  
PARTICIPATIO HONORIBUS A VOCE URBIS  
ANGELO SECCHIO TRIBUTIS.

JOSEPHO FORNARIO in Commentario *Vox Urbis* redigendo primas agenti IOANNES VIRGINIUS SCHIAPARELLIUS s. p. d.

Invitatus a te litteris humanissimis ad praestandam operam plane honorificam, idemque *Vox Urbis* exemplari donatus, cuius Commentarii coepta mihi valde probantur, habeo tibi maximam gratiam. Ac perlibenter quidem scribendum aliquid susciperem ad memoriam ornandam Angeli Secchii, quocum olim coniunctissime vixi, si roboris ac valetudinis haberem satis. Verum iam biennium effluxit, ex quo sensim imminui vires corporis animique sentio, quorum sic inclinata conditio est, ut optimum factu ducam conticescere. Velis igitur hanc causam excipere una cum votis, quibus Commentario *Vox Urbis* felicem et in dies prosperiorem adprecor vitam. Vale.

Inter clarissimos viros qui nobiscum fuerunt honoribus per Commentarium nostrum tribuendis memoriae Angeli Secchii, Ioanni Virginio Schiaparelli primum locum tribuimus, cuius nomini inter nostrae aetatis spectandorum siderum arte pollentes nullum par elogium. Dum autem vota nuncupamus ut Ipse Italiae nostrae decori et scientiae universae diutissime adhuc servetur, veniam ab eo petimus si quam epistolam, utpote familiariter scriptam, italice misit, eam nos latine non eadem vi reddiderimus ac Ille, homo etiam litteratissimus, maiorum nostrorum lingua expressisset. *F. U.*

ANGELI SECCHII VITA  
EPIGRAPHICE DESCRIPTA (1)

ANGELVS • SECCHIVS • DOMO • REGIO • LEPIDI • IN • ASTRORVM • SCIENTIA • IN • DEFINIENDIS • LEGIBVS • PHYSICIS • QVAE • CAELVM • TERRAMQVE • SOCIANT • AETATIS • SVAE • PRINCEPS (2).

AD • VNAM • MOTVS • LEGEM • VIRES • QVAE • ORBEM • VNIVERSVM • AGVNT • REVOCAVIT • HAC • LEGE • LVCIS • IGNIS • MAGNETIS • ELECTRI • PHAENOMENA • EXPLICAVIT • EXPERIMENTIS • PROBABIT (3).

AD • TRIANGVL • BASIM • IN • APPIA • DEFINIENDAM • PLVRIVM • MENSIVM • LABORES • SOLE •

(1) Ex opere quod inscribitur *Tituli in supremis honoribus Angeli Secchii e Societate Iesu iterum editi IV kalendas Martias MDCCCLXXIX anno exacto ab eius interitu*. Romae, ex officina libraria Scientiarum Physicarum et Matheseos, an. MDCCCLXXIX, pag. 10 et seqq.

(2) Regium Lepidi in Aemilia, antiqua et nobilis urbs edidit Angelum Secchium: domus eius honesta: Secchius patriae decus astrorum scientia amplificavit, uti eius nomini et famae studuerant optimis doctrinis et litteris Vallisnerius, Spallanzanius, Ioannes Petrus Secchius e Societate Iesu consanguinitate coniunctus huic nostro, Lambertius, Foschius, Paradi-sius, aliisque non pauci, quos enumerare longum foret.

(3) Multa edidit Angelus Secchius, sed princeps locus tribuendus est operi de Unitate virium physi-carum. (Romae typis forensibus anno 1864).

SVB • ARDENTI • CONTVLIT • CIRCULI • MERIDIANI • GRADVS • DIMENSVS • EST (4).

COLORES • IN • ASTRORVM • FLAMMIS • COR-VSCANTES • PRISMATE • SECVT • EX • COLORVM • VARIETATE • MATERIEM • EX • QVA • ASTRA • CONSTANT • DEFINIVIT • AD • QVATVOR • ORDINES • ASTRA • REVOCAVIT (5).

SOLIS • VIM • ET • NATVRAM • PERSCRVTATVS • EST • MACVLAS • ET • ERVMPENTES • FLAMMARVM • GLOBOS • VESTIGAVIT • VT • TVMESCANT • VT • DEPRIMANTVR • VT • PERTVRBENTVR • EDOCVT • SOLIS • ACRIOREM • IGNEM • IN • MEDIO • QVAM • IN • ORA • EXTREMA • DEPREHENDIT (6).

ARTIS • MIRAE • MACHINAMENTVM • QVOD • DIV • NOCTVQVE • ACCVRATE • DESCRIBERET • QVAE • VIS • QVI • CVRSVS • VENTIS • QVI • AESTVS • QVOD • FRIGVS • QVAE • CAELI • TEMPERATIO • QVAM • HVMDVS • LEVIS • GRAVIS • AER • VNDE • SVDV • ET • TEMPESTATES • PRAEDISCERENTVR • QUANTVM • IMBRIS • DESCENDERET • INVENIT • ET • PRAEMIVM • IN • SOLEMNI • ARTIVM • CER-TAMINE • EX • XXXVII • MILLIBVS • EXIMIS • ARTIFICIBVS • PARISIIS • CONSECVTYS • EST • INTER • PRIMORES • LEGIONIS • EQVITVM • HONORATORVM • RELATVS • MANV • NAPOLEONIS • III • ADSTANTIBVS • IMPERATORIBVS • RVSSIAE • ET • AVSTRIAEC • REGIBVS • BORYSSIAE • ET • BELGARVM • PLVLIBVSQVE • DYNASTIS • INSIGNIBVS • EQVITVM • PRINCIPVM • A • ROSA • AVREA • AB • IMPERATORE • BRASILIAE • ORNATVS (4).

NOVAM • TVRRIM • AD • ASTRA • SPECVLANDA • APTIORE • LOCO • EDVXIT • INSTRVMNTIS • ORNAVIT • CONCLAVE • AD • VIM • MAGNETICAM • TELLVRIS • EXPLORANDAM • ADIECIT.

SECCHII • LABORES • ASSEQVVTI • SVNT • VT • ANAGNINI • FRVSNATES • SETINI • ALETRINI • FERENTINATES • PATRICENSES • AQVAM • SALVBRIS • HAVSTVS • E • DISSITIS • SCATEBRIS • DERIVATAM • PER • IMA • VALLIVM • CREPIDINES • PRAERVPTAQVE • IVGA • SVAS • IN • VRBES • DEDVXRINT.

SAEPE • DIEM • NOCTEMQVE • ET • TOTOS • EX • ORDINE • MENSES • IN • TENTANDIS • NATVRAE • VIRIBVS • ADLABORAVIT • EIVSQVE • INVENTA • NOBILISSIMI • DOCTORVM • VIRORVM • COETVS • QUI • SECCHIO • COLLEGA • GLORIABANTVR • PLAVSV • SVNT • PROSEQVVTI.

QVO • ORDINE • ASTRA • CVRSVM • CIRCA • SOLEM • PERAGVNT • EODEM • STELLAS • AD • STELLAS • REFERRI • CONSPICATVS • EST (5).

QVOT • PER • NOCTEM • FVLSERE • COMETAE • EOS • STVDIO • SINGVLARI • PERSEQVVTVS • EST •

(1) Dimensio basis trigonometrice inita iussu Pii IX Pontificis Maximi. (Romae ex officina libraria Mensae Apostolicae, anno 1858).

(2) De spectris prismaticis siderum inerrantium. (Florentiae a. 1867).

(3) De solis natura, deque eius ad orbis universi structuram rationibus. (Lutetiae Parisiorum an. 1870).

(4) Meteorographon Collegii Romani. (Romae typis Bonarum Artium an. 1870).

(5) Astrorum scientia, Pio IX Pontifice Maximo (Romae typis Pacis an. 1877). — Sidera, specimen de sideribus ed. Mediolani an. 1877.

EORVM • VESTIGAVIT • NATVRAM • NIHIL • IN •  
ILLIS • SOLIDVM • OMNIA • AD • VAPORES • REFERRI •  
AFFIRMAVIT • DVPLICEM • ILLIS • LVCEM • PROPRIAM  
• ET • QVAM • A • SOLE • MVTANTVR • ATTRIBVIT •  
COMETAS • AFFINITATE • ATTINGERE • SIDERA •  
VOLANTIA • MONSTRAVIT (1).

EX • VMBRARVM • MOTIONE • PROCRITATE •  
PROCESSV • SINVS • LVNAE • VORAGINES • EARVMQVE  
• IMA • MENSVS • EST • LVNAE • IMAGINEM •  
COLLECTA • LVCE • EXPRESSAM • INTVENTIBVS  
PRIMVS • EXHIBVIT (2).

AD • AEQVAE • APVD • OMNES • GENTES •  
MENSVAE • VNITATEM • CONSTITVENDAM • LVTE  
TIAM • ACCITVS • SE • PONTIFICIS • MAXIMI  
NOMINE • COETVI • ILLI • ADESSE • FASSVS • EST  
NOBILEM • SECCHII • ANIVM • ERVDITI • VIRI  
QVI • ADERANT • AD • CAELVM • EXTVLERVNT.

SECCHIO • DANDVM • EST • LAVDI • QVOD  
EIVS • LABORE • ET • CVRIS • TVRRFS • IN  
PORTVBVS • ANCONAE • ANXVRIS • CENTUMCELLARVM  
MONTIS • CIRCAEI • NOCTV • NOVA • LVCE  
CORVSCANTES • ITER • NAVTIS • TTVTVM • COMMON  
STRANT.

CAVSAM • RELIGIONIS • ERECTO • ANIMO • TVITVS  
EST • PIVM • IX • P. M. A • QVO • EXIMIE • DILIGE  
BATVR • QVIQVE • SECCHII • OPERA • VTEBATVR  
EIVSQVE • LABORES • MVNIFICE • IVVIT • OMNIBVS  
AMORIS • OFFICIS • PROSECUTVS • EST • NIHIL  
PIO • IX • INCONSVLTO • MOLIRI • NIHIL • AGGREDI  
EST • AVSVS (3) (4).

INVIDIA • SECCHII • FAMAE • NON • PEPECIT  
EIVS • LABORES • ET • INVENTA • MOMORDIT • EAM  
SECCHIVS • STVDIO • CONSTANTIA • EDITIS • IN  
VVLGVIS • SCRIPTIS • PERDOMVIT • INVIDIA • INGENIVM  
VIRI • AVXIT • ACVIT • EIVS • LABORIBVS • CALCAR  
ADDIDIT • NOMEN • LATIVS • PROTVLIT.

SINGVLARI • IN • SOCIETATEM • IESV • STVDIO  
FEREBATVR • QVAE • EVM • A • PRIMA • AETATE  
EDVXIT • IN • SCIENTIAS • EXCOLVIT • VT • EI • FIDEM  
SERVARET • ITALIAE • FINES • CVM • AMERICA

(1) Ephemeris Meteorologica. Romae ex officina libraria Scientiarum Physicarum, et Matheseos a. 1862, 1863, etc. usque ad an. 1878.

(2) Loco superius commemorato.


(3) Ex unitate virium physicarum Secchius argumentum duebat ad errores eorum coarguendos, qui Deum esse negant.

(4) Pius IX Pontifex Maximus eximie Secchium dilexit; eius labores munifici iuvit: novam astrorum speculandorum turrim, novum ad vim telluris magneticae explorandam conclave sumptu suo constituit: Secchii ingenio et scientia usus est ad aquas saluberrimi haustus in urbes et oppida, quae earum inopia laborabant, deducendas, et ad portus Adriae et Tyrrheni maris nova et clariore luce collustrandos. Secchium sumptu suo misit Pius IX in Hispaniam, ut Solis defectum ea in regione maiorem quam in Italia, inspiceret; misit in Galliam, ut solemni articulam certamini sua inventa proponentium anno 1867 interesset, quo in specimine Secchii machina, quae aeris vices accurate diu noctisque describeret, praemium tulit: iterum Lutetiae Parisiorum interfuit nomine Pii IX Pontifice Maximi eruditorum hominum coetui, in quo de metri unitate constituta ageretur. Pius IX ingenio et pietate praestantem, et Ignatii Patris egregium filium Secchium praediebat.

BOREALI • AN • MDCCXLVIII • MVTAVIT • INQVE •  
RERVM • PVBLICARVM • CONVERSIONIBVS • DIGNITATES  
• ET • CENSVS • EIVS • AMORI • POSTHAEBVIT • SE •  
PERBEATVM • DUXIT • QVOD • IN • SOCIETATIS • IESV •  
COMPLEXV • ET • SINV • VITAE • CVRSVM • ABSOLVENS  
REQVIEM • OBLETATIONIS • PLENAM • INVENIRET.

VLCVS • MEMBRANAS • STOMACHI • PEREDENS  
TRES • MENSES • AEQVO • ANIMO • PERPESVSVS • AD  
AETERNV • IVSTITIAE • SOLEM • AD • CVIVS • LAUDEM  
OMNIA • SE • RETVLISSE • FASSVS • EST • FIDE  
FRETUS • SPE • FVLTUS • DEMIGRAVIT • IV • KAL  
MARTIAS • A • MDCCCLXXVIII • A • N • LIX • M • VII  
D • XXVIII • SECCHII • INGENIVM • ET • PIETATEM  
LEO • XIII • PONTIFEX • MAXIMVS • LAVDIBVS  
EXTVLIT (2).

ANTONIVS ANGELIVS  
E SOCIETATE IESV.



Speculatoria turris ad Collegium Romanum.

#### DE SPECULA AD COLLEGIUM ROMANUM DEQUE ANGELI SECCHII OPERE INILLA.

**F**ATO quodam, siqua fato sunt, aedifieum, quod Collegium Romanum dicitur, disciplinis astronomicis, et studiis, quae circa sunt, conditum maxime videtur. Ibi enim, et iam ab exordio, P. Scheiner prima elementa colligit « Rosae Ursinae »; ibi pariter ab occidental

(1) Gaspari Stanislao Ferrario sacerdoti e Societate Iesu, cuius ingenio aeri et patienti laboris Secchius multum tribuebat, et quem studiorum consortem habuit, dicere solebat, se ad unum Deum, et Dei honorem omnia retulisse, et hac cogitatione se suos solatum esse labores, vigilias, curas, nec aliud unquam ob oculos habuisse. Addidit et illud, se in Societate Iesu, in quam singulari Dei munere adscitus fuerat, vitae finem libentissime invenire: quae cogitata et consilia saepenmiero Secchius cum Franciseo Marchettio e Societate Iesu, sibi familiaritate, et diurna consuetudine coniunctissimo communicabat.

(2) Leo XIII Coetui Tiberino, cui Secchius prae-  
fuit, quique Leonem XIII gratia ob  
initum Pontificatum Maximum adierat, fassus est, se in Secchii ingenium eximium cum pietatis studio  
coniunctum semper admiratum fuisse, et tanti viri  
desiderio dolere.

latere hodierni Ignatiani templi clarus ille vir Gottignes (Bruxellis anno MDCCXXX natus, Romae anno MDCLXXXIX mortuus) varia maeularum in planeta Iove, et cometarum appari-  
tiones et seriem, annis MDCLXIV-LXV-LXVIII quae fuerunt, consideravit; ibi quoque et Asle-  
pi, cuius vita, in urbe Macerata anno MDCCVI  
orsa, Romae an. MDCCCLXXVI extincta est,  
de stellarum aberratione, ac de motu cometarum  
scripsit; ibi denique in aulis, quas hodie mu-  
seum Kircherianum obtinet, Borgondius (Brixiae  
natus an. MDCLXXXIX, Romae vita funetus  
an. MDCCXLV), caelestia scrutari solebat, et  
adhuc in ipsis horologium solare, quod « meridi-  
diana » vulgo nuncupatur, a doctis viris Maire  
et Boscowich designatum appetit.

At, quae ad speculandum conelavia erant,  
constitutis faciundis minime reperiebantur idonea,  
properea quod incumbentes in opus astro-  
nomi non modo ampliora exoptabant, sed etiam  
ut in magis apto loco, unde caelum latius libe-  
riusque contemplaturis esset, extruerentur. Ben-  
edictus ille XIV pluribus ita rogantibus annuit;  
verum Borgondii mors, et vices, quibus Societas  
Iesu tunc agitata est, prohibuere quominus ita  
fuerent quae in votis erant; nec ipse Boscowich  
adeptus est, quae tam enixe petebat, premen-  
tibus undique adversis. At quae hic perficere ne-  
quivit, Iosephus Calandrelli sacerdos, ex parte  
saltem attigit; hic enim viris e Societate Iesu  
amotis inde successerat, vir mathematicis ap-  
prime disciplinis imbutus, qui proinde, quum  
maximam optatorum partem assequutus sit,  
Collegii Romani speculae quasi auctor primus  
habebitur. Hic enim anno MDCCCLXXXVII tur-  
rim illam, ad speculandas stellas, in angulo  
orientali Collegii exstructam vidit, prouti con-  
stat ex credita marmori inscriptione, quae se-  
quitur, nondum, quod sciam, vulgata:

PIO VI PONTIFICE MAXIMO

FRANC. XAVERIUS ZELADA PRESB. CARD.

III VIR COLL. ROM. MODER.

ANNO MDCCCLXXXVII

STUDIIS ASTRONOMIAE REVOCATIS

INSTRUMENTOQUE IN LECTAE IUVENTUTIS

COMMODA ADDICTO

TURRIM AD CAELESTES ORBES E SPECULA

CONTEMPLANDOS

DIU IN URBE DESIDERATAM

IN ALTITUDINEM PEDUM CXXV

EDUCENDAM CURAVIT.

Sed exigua Calandrellio res pecunaria erat,  
cui praeter parva instrumenta, quibus usus  
fuerat in privata specula munifici Cardinalis  
Zelada, nihil supererat. Ubi autem eius arbitrio  
usnique concessus est magnus « Sector  
Zenithalis », quo Boscowich fruebatur, triginta  
duabus stellis zenithibus consideratis, latitudinem  
« observatorii » huius constituit primus ac  
definivit.

At Calandrellio in bonum accedit Magnus  
ille Solis defectus, qui XI Februarii mensis die  
an. MDCCCIV conspectus est. Quum enim  
Pius VII Pontifex Maximus speculam ingressus  
fuisset, ut laborantem Solem deficientemque  
contemplaretur, ita perculsus est iis, quae vidit,  
ut se ad expensas omnes desponderit paratum,  
quibus, uti par esset specula adminiculis, instru-

mentis, auxiliis  
augeretur; id  
causa, tum dis  
Andreae Cont  
anno MDCC  
ficium Collegi  
ehebach, Cala  
Pontifice ne  
demigrant, et  
die eiusdem  
rerumque sua  
legium Sancti  
illuc speculan  
tribus post an

Locum Cal  
P. Dumouchel  
siensi, cui ins  
iuvante, non d  
eiscus De Vic  
mouchelio, ann  
specula regend  
cula eruditoru  
tione satellitum  
Veneris, et orb  
aliis, quae civi  
factus, perrup  
Novembri me  
quenti anno, a  
speculae pree

Huic in prin  
eo transferret,  
est in firmum  
opitulantibus S  
cietate Iesu, n  
a latere Orien  
tum super Ign  
præcipuis. An  
absolutis omnib  
ribus et omnia  
Secchius edeba  
suras microm  
opus ad annu  
studio produxi  
Secchii novum  
cam astronomi  
nigris in spect  
tisque huius as  
olim Fraunho  
inde Donati c  
menta optica c  
ut quae vix po  
nuper nominava  
stellis, quae pr  
tudinis essent,  
perscrutandisq  
Secchius ingens  
tam hanc novam  
sum aeternae  
iam an. MDCC  
rologico Collegi  
stellarum Sirii,  
tares ille excep  
usus, simpliciore  
quamplurimas in  
septimam magni  
in quatuor clas  
tuentia elementa

Ut ea praef  
metis, de planet  
stituit, in Solem.

clarus ille vir  
XX natus, Ro-  
sis varia ma-  
teriarum appar-  
-LXV-LXVIII  
oquie et Ascle-  
anno MDCCVI  
extincta est,  
potu cometarum  
nas hodie mu-  
ndius(Brixiae  
vita funetus  
ari solebat, et  
quod «meri-  
is viris Maire  
et.

cielavia erant,

eriebantur ido-

in opus astro-

ant, sed etiam

um latius libe-

truerentur. Be-

antibus annuit;

quibus Societas

ne quominus ita

pse Boscowich

tebat, premen-

ic perficere ne-

cordos, ex parte

Societate Iesu

hematiceis appa-

roinde, quum

sequutus sit,

auctor primus

XXXVII tur-

as, in angulo

prouti con-

one, quae se-

gata:

SB. CARD.

ER.

CATIS

VENTUTIS

SPECULA

M XXV

uniaria erat,

quibus usus

i Cardinalis

m eius arbit-

us « Sector

tur, triginta

ratis, latitu-

it primus ac

dit magnus

i mensis die

Quum enim

m ingressus

sientemque

que vidit,

it paratum,

uluis, instru-

mentis, auxiliis propriis opportunisque, ad rem augeretur; idque tum Calandrellii gratia et causa, tum discipulorum eius et collaborantium, Andree Conti, et Iacobi Ricchebach. Leo XII, anno MDCCCXIV, cum Societati Iesu aedificium Collegii Romani reddidisset, Conti, Ricchebach, Calandrellius ipse, frustra exoptante Pontifice ne inde hic saltem abscederet, loco demigrant, et vigesima quarta mensis Octobris die eiusdem anni maximam instrumentorum rerumque suarum partem Calandrellius in Collegium Sancti Apollinaris defert. Forsitan aliam illie speculam erexisset, ditasset; sed morte tribus post annis peremptus est.

Locum Calandrellii in specula occupavit P. Dumouchel, e schola «polytechnica» Parisiensi, cui instrumentorum copia, Societate sua invante, non deerat, comesque additus P. Franciscus De Vico, Maceratensis patria, qui Dumouchelio, anno MDCCCXXXVIII, successit in specula regenda. Exhinc Romani Collegii specula eruditorum in se ora convertit tum vestigatione satellitum Urani, tum observatis maculis Veneris, et orbis huius conversione, pluribusque aliis, quae civilis motus, anno MDCCXLVIII factus, perrupit, moriente Londini ipso Vico, Novembri mense anni eiusdem. Redito, sequenti anno, Societati Iesu rursus Collegio, speculae praeficitur Angelus Secchi.

Huic in primis consilium fuit ut speculam eo transferret, ubi praedecessores voluerant, id est in firmum stabilemque locum; atque ideo, optulantibus Summo Pontifice Pio IX et Societate Iesu, nova erecta est super muris qui a latere Orientali et Boreali aedifici sunt, tum super Ignatiani templi parastratis et pilis praecipuis. Anno MDCCCLIII, Octobri mense, absolutis omnibus, dies primus astronomicis laboribus et ominalis fuit. Iamque anno MDCCCLVI Secchius edebat, quae ibi compererat circa mensuras micrometricas duplicitum stellarum, quod opus ad annum usque MDCCCLXXV sedulo studio produxit. At anno MDCCCLX studia Secchii novum quoddam iter ineunt in physicanam astronomiam. Opus Kirchhoffii, de lineis nigris in spectro Solis, et de materie elementisque huius astri, eruditos exerent in ea, quae olim Fraunhofer consideraverat, inde Lamont, inde Donati circa spectra stellarum. Instrumenta optica et astronomica eo processerant, ut quae vix possibilia fuerant astronomis, quos nuper nominavimus, eaque unice quibusdam in stellis, quae primae, ut vulgo dicitur, magnitudinis essent, nunc in plurimis considerandis perserutandisque facilia factu essent. Itaque Secchius ingens animo, et mente compar semitam hanc novam suscepit terendam, et nomen suum aeternae laudi consecravit, studiis quae iam an. MDCCCLXIII in commentario meteorologico Collegii Romani edita sunt. Spectra stellarum *Sirii*, *Betelgeusae* (z Orionis), et *Antares* ille exceperat, descripsérat. Sua Pallade usus, simpliciorem rationem instrumentis aptans, quamplurimas industriae sua subigit, usque ad septimam magnitudinis seriem, omnesque illas in quatuor classes, iuxta diversa eas constituantia elementa, divisit.

Ut ea praeteream, quae de nebulis, de cometis, de planetis molitus est, aliud opus instituit, in Solem. Haec olim anno MDCCCLII

suscepérat de superficie eius, de maculis, quarum motus et varietatem sedulus considerabat, ut inde in leges hauriendas, quibus regentur, ferretur. Inde fluxit mensura irradiationis solaris, quam annis MDCCCLXII-LXIII molitus erat, aluerat, adhibito thermometro atrato, loco nulli caloris vicissitudini obnoxio. Neque satis. Prominentiae enim solares scrutari ab eo coepit vel ab anno MDCCCLX, cum in Hispaniam ivisset defectum Solis, qui Iulii mensis decima octava die fuit, consideratus, vestigaturus. Hinc diligens inspector eas iudicavit nec opticas illusiones, nec illusionem lunarium montium, nec diffractionis summam in nostra atmosphaera, sed vere in sole esse, ex natura aeriformi constare, atque in illa zona esse suspensa, quae solem irretit, quasi vestimento quadam pellucido, supra photosphaera, et super ipso roseo amiculo, cuius prominentiae illae partes sunt, quamquam evulsae. «Coronam» (*Galli gloire* nuncupant) docuit uni illuminationi nostrae atmosphaerae deberi, ipsam-

plane oritur solem non certe esse corpus quadam solidum, immutabile, at obvolutum stratum aetheriformi, alto, aestuante, qui, — fides esto maculis abeuntibus, — ab aequatore undarum specie ad polos transferatur; maculae enim, et faculae, et prominentiae legibus obtesperant, quibus mutantur, statis periodis longa post tempora repetendis, instaurandis, praeter nonnulla, quae superveniant quasi fortuito, interdum quotidiana non exspectata.

His denique consideratis, quaeri potest, utrum Solari orbi, et eius diametro mutatio, vel diminutio, vel amplificatio aliquando impendat. Ultimis ad nos decenniis id, maxima diligentia observatum, nihil novi, nihil mutabile in Solis globo obtulit; verumtamen quid decennium, quid saeculum, quid millennium eorum Sole?

Haec series operum, in quaee Secchius degens in specula astronomica Collegii Romani magna cum laude totus, et pulcherrime incepit.

JOSEPHUS FORNARI  
in Comm. *Vox Urbis* redigendo primas agens.

### ANGELUS SECCHIUS.

**H**AUD exiguis Italorum numerus est, qui peculiari suaque in re astronomica laude florentes, patriae suea id commodi attulerunt, ut apud exterias nationes maior quaedam opinio vigeret quasi de nativa italicae gentis praestantia in eo genere de rerumque uberiori copia, quibus instructos esse necesse est eius disciplinae cultores.

Inter summos hos viros, quorum instituta latius clariusque foris patuerunt, principatum gerit Angelus Secchius. Qui, cum vel ab initio suscepit laboris, non domi quidem, sed alibi degeret, acerrimo intuitu quae tentari possent iam tum intellexit; inde sibi plane conscient quid sui valerent humeri, quid opis praesto esset in praesens, quid exspectare in posterum licet, viam sibi ad assequendum propositum per opportunam optimamque munivit. Quam autem sibi normam semel constituit, ab ea inter doctos tot labores totque conatus nunquam discessit.


Ab ea norma cuncta quae Secchius felici marte patravit profecta sunt; inde mirabilis illa disciplinae, quam professus est, unitas et ratio repetenda. Cuius quidem rei fructum est iucundissimum consecutus; quippe, plaudentibus ac demirantibus omnibus, physicae cælestis, quum astrorum tum Solis, bases quodammodo ac fundamenta detexerit.

Quare, donec erunt qui in cælestium corporum investigatione versentur, Angelus Secchius «vivus feretur per ora virum», eiusque natale solum, Regium Lepidi, ob tanti nominis famam, inter urbes Italiae nobilissimas numerabitur.

ELIAS MILLOSEVICH  
speculae ad Collegium Romanum Moderator.

### DE ANGELO SECCHIO.

**P**HYSICARUM in monumentis rerum, astronomiarum præsertim, maxima semper cum laude Angeli Secchii memorabitur nomen, utpote viri ad instar egregii sideris, XIX saeculo italicis gentibus emicantis. Quae plurima praelo vulga-



Nova specula ad Collegium Romanum  
ab Angelo Secchio instituta.

vit, ingenium circa multa potens, multiforme, vehemens, cui nihil arduum esset, et singulare mentis acumen ostendunt. Qui de libris tanti viri aequum iudicium ferre voluerint, hi tempora, quibus ipse scripsit, animadverant necesse est. Considerantibus tunc illa apparebunt, quae virtute ingenii Secchius astronomiae, physicae, meteorologiae bono contulit et comparavit. At nulli veterum virtute eoruscabit secundus in iis, quae et molitus est, et perfecit circa Solem, praeterea circa stellarum spectra, quibus in persequendis laboribus neque curae, neque incommodis, neque diligentiae aut industriae pepercit ullis, ita ut iure diei possit pari pede in labores et in mirabilia inventa quotidie processisse. Sedulitas operosa et quietis nescia, qua argumentosus hic Astronomus in singula incumbebat, ea fuit ut non unus, sed plures eodem in viro viri et esse, et facere, et festinare, singuli physicae doctrinae ramis addicti singulis, viderentur; atque ita factum est ut, quamvis ante diem desiderio eruditorum omnium acerba morte praereptus sit, pauci tamen inter collegas eius habeantur, qui totidem atque Ipse diversa coluerint in re physica, totidem secunda Minerva iniverint, patraverint, absolverint.

ALFONSUS DI LEGGE  
Capitolinae Speculae Rector, et in Romano Athenaeo astronomicarum rerum Magister.

#### ANGELI SECCHII AURA POPULARIS.

INTER tot insignia, quibus Angeli Secchii vita refulsit, illud peculiare mihi videtur, aura popularis, qua eius nomen non Romae tantum, sed, prope dixerim, in omni Italia est distinatum. Quod si quis huiusmodi notae originem quaequerit, facile repeat necesse est ex ingenio ad plurima versatili cum summa scientia coniuncto, animoque ad omnia prompto atque ita accomodato, ut vir exstaret inter clariores sine arrogancia clarissimus, idemque modestos inter modestissimos.

De ingenii facilitate ac de singulari Secchii peritia varia ipsius scripta testantur, et vitae eius historia. Si enim indicem operum quae ille edidit vix delibaveris, et annorum quos vixit eurus resumpseris, profecto eum non modo intentum invenies ad perserutandas solis rationes, stellarum naturam, planetarum atque cometarum motus, quae studia integrum doctissimi itemque impigri viri industriam obducere; sed, physicum, mensuras atque experimenta maxime difficilia agitare de optice, de electride, de magnetica vi; geologum, de orbis vicibus et constitutione prosequi, atque in sysmica phaenomena inquirere; magistrum, astronomiam et cosmographiam in seholis docere; meteorologum, aeris vices terrae circumiecti observare, machinas ad eas describendas conficere, in eam leges reperiendas diligenter incumbere, late eas in ordinem distribuere atque inter se comparare; architectum denique conductioni ac distributioni aquarum non modo studere, sed praeesse in urbibus atque oppidis, et in portibus Pontifici quondam regni turres nocturnis ignibus navium viam regentes disponere.

Nec tamen quemquam, qui aliquid a se posceret, Ille vir a se reiiciebat. Itaque eum, tum

etiam cum gloriae fastigium arripuerat, in ephesis videbas iuvenes primis naturalis disciplinae elementis non aliter erudiantem ac si infimus ludimagister esset, vel inter fabros iniiciendis axibus ad fulmina coercenda, vel anaporieis horologiis, vel huiusmodi rebus, invigilare, vel inter villicos ipsos canales patienter ad aquam immittendam collocare...

Inde, inquam, inde praecipue Angeli Secchii aura popularis, quam nemo fortasse summorum virorum est consequutus.

ADULFUS CANNANI  
in Centrali Meteorologico Italorum Officio  
geodynamiae praepositus.

#### ANGELO SECCHIO

DE RE ASTRONOMICA EGREGIE MERITO  
REVOLUTO AB EIUS OBITU  
ANNO XXV

*Caeli sereni magnificentiam  
Quis eloquatur; seu nitet aureae  
Sol lucis auctor, sive nocti  
Luna praeceps redimita stellis?  
Quam vastus aether! quam sine termino  
Ad summa tendit! quamque micantibus  
Ornatur astris! Arva dicas  
Floribus igniferis decora.  
Campis nec haerent sidera caerulis,  
Edocta motu currere praepeti.  
Latum nec unguem constitutos  
Curriculi violare fines.  
Deum, perennem lucis originem,  
Quicumque, recors, esse negaverit,  
Librum (nec ultra iam negabit)  
Stelliferi legat ille caeli.  
Sublime caeli te decus, Angele,  
Spectare iuvit; iuvit et orbitam  
Lustrare naturamque vimque  
Tam variam variis in astris.  
Quam saepe vitro, quo, velut obvia,  
Longinqua fas est cernere corpora,  
Armatus, oras irrepertas  
Es liquidae speculatus aethrae!  
Ignita solis se tibi prodidit,  
Ut ante nulli, sphaera; recondita  
Tu primus immensae notasti,  
Mente gigas, elementa molis.  
Tum fama cunctis est tua gentibus  
Perlata grandis; quae riget integra,  
Dum lustra signant quina mortem:  
Haud minuenda penes nepotes.  
Iam, visa coram, te Superum beat  
Formosa sedes, cuius et infimum  
Fundamen olim conspicatus,  
Gaudia vix poteras tenere.  
Hac Luce mersus, quam neque noctium  
Vices obumbrant, sol neque nubilus:  
- « Quam terra sordet - iure clamas -  
Cui rutili patuere caeli! » (1).*

FRANC. XAV. REUSS.

(1) S. Ignatius, Angeli nostri legifer parens, hanc assidue sententiam in ore ferebat: *Quam sordet terra, dum caelum suspicio!*

#### ANGELUS SECCHIUS.

F AUSTIS incoepitis atque assiduo labore, cui subvenerunt et acies ingenii subtilissima, et philosophiae una cum ceteris disciplinis lata cognitio, siderum naturae investigandae vere auspex Angelus Secchius habendus est, qui stellarum, solis praesertim, elementa ita est perserutatus, ut fructus diurni studii praeter spem fuerit assequuntus.

« Spectroscopium » enim nova et callida arte ita munivit, novisque investigationibus aptavit, ut eo sit usus iam ipse felicissime, multaque repererit primus, quae alii deinceps funditus perserutati sunt et undique seita habuere. Nemo tamen Secchio laudem praeripiit quam, inita a se primo via, iure obtinuit; quam ad rem pertinent et eius investigationes de stellarum luce sive spectrali lumine, et ab ipso primum inducta stellarum divisio in certos ordines; hue etiam pertinet investigata solaris spherae natura, solares maculae et prominentiae recognitae, etc.

Aureo quem inscripsit libro *De unitate viuum physicarum*, plane ostendit se inter primos mature perpendisse, quanti momenti ratio illa esset et quam late pateret; quin etiam eiusdem rationis virtutem in omnibus physics partibus pericitatus est.

Magno, quo pollebat, ingenio varioque, tempestatum etiam aeris que viis cognoscendis animum adiunxit, exstititque auctor instrumenti, quod *meteorographon* vocant, ad mutationes aeris multiplices designandas; quod praeciarum inventum tot tantisque laudibus meruit ubique gentium ornari.

Nec viri gloriae quidquam detrahit quod physics et astrorum studia extremis hisce temporibus mire succreverint, praesertim ope artis, quam a luce imagines exprimente « photographicam » dixerunt. Quin potius eo maior Angelo Secchio tribuenda laus est, quo minora, dum vixit, investigatoribus adspectabilem hanc rerum naturam praesidia suppetabant.

ANNIBAL RICCI  
Cataniensis et Aetneas Speculae Moderator.

#### DE ANGELO SECCHIO

GEORGII E. HALE  
IUDICIUM.

N EMO sane in terrarum orbe est astronomus, quin ea miretur, quae invisa adhuc et incognita ex caelato stellarum mari hausit Angelus Secchius. Huius igitur nomen sideribus quasi inscriptum ubique ferrarum in honore habetur, et fertur saepe in ore peritissimi eiusque siderum spectatoris. At quid ego verba faciam, qui in numero ne gregariorum quidem astronomorum verser? Georgius E. Hale, qui astronomus clarissimus in athenaeo hoc Chicagensi speculatus, cui Yerkes nomen, praest, hac de re disserat.

Clarus enim hic vir, quum eum Secchii gratia adiisset, haec mihi in *Voce Urbis* evulga tradidit:

« Angelus Secchi in eo antesignanorum fuit agmine, qui astrophysica, ut aiunt, primi an-

quisivere. Qu modo spectroea, quum sti profuerunt, m diem afferuntio, quae Sec

SPECULAT  
PRO

Q UAE in A  
est, initu  
a Secchii op  
ginibus locisq  
aliquid habet,  
commune sibi  
quem lamenta  
tribuendarum  
vindicat. Nu  
nificantia, iter  
munita, ut p  
straverunt iter  
adlaborat astr  
monium irrec

Et Secchii  
nonnulla cona  
vis ad eaeles  
nerva admota  
vigesima octava  
enim tune insi  
niosissimus as  
congerere, si p

## CHIUS

duo labore, cui  
iii subtilissima,  
disciplinis lata  
estigandae vere  
tendus est, qui  
lementa ita est  
i studii praeter

ova et callida  
investigationibus  
ose felicissime,  
e alii deinceps  
dique seita ha-  
dem praeripiet  
obtinuit; quam  
rationes de stel-  
ne, et ab ipso  
in certos or-  
estigata solaris  
e et prominen-

*De unitate vi-  
se inter primos  
menti ratio illa  
etiam eiusdem  
ysices partibus*

varioque, tem-  
gnoscendis ani-  
or instrumenti,  
ad mutationes  
mod praeclarum  
meruit ubique

detrahit quod  
emis hisce tem-  
ptim ope artis,  
ante « photogra-  
» maior Angelo  
minora, dum  
em hanc rerum

**RICCÒ**  
peculae Moderator.

CCHIO

st astronomus,  
isa adhuc et  
ri hausit Ange-  
sideribus quasi  
onore habetur,  
i cuiusque si-  
verba faciam,  
quidem astro-  
nale, qui astro-  
hoc Chicagi-  
praest. hac

*n Secchii gra-  
Urbis eval-*

gnanorum fuit  
nt, primi an-

quisivere. Quae ille igitur de sole et stellis modo spectroscopicō, qui dicitur, investigavit, ea, quum stellarum cognitioni mirum quantum profuerunt, multum astronomis ad hunc usque diem afferunt utilitatis. At astrophysica cognitio, quae Secchii tempore est enata, robustis

viribus adolevit, et exuta praetexta, iam scientiae definitae togam sibi induit. Quae quamvis ita sint, tamen ea, quae Secchius exploravit, magni adhuc in astronomiae provincia valent manentque monumenta aere perenniora ».

Haec quidem verba illius, qui Americanorum

astronomorum existimatur princeps; verba sane digna, quae referantur; verba quae nobis facile persuadent, Secchii memoriam nondum obrutam, sed ubique exultam in aevum esse remansram.

Chicagine, kal. Febr. MCMIII.

H. DOSWALD,

# ANGELI SECCHII AUTOGRAPHON.<sup>(1)</sup>

(a) L'uso delle coordinate rettangolari  
è tanto invalso fra i moderni scrittori  
di cose astronomiche, e tanta è la  
semplicità che esso introduce nella solu-  
zione di molti problemi che non possia-  
mo a meno di doverne qui i necessari  
principii. Dalla trasformazione delle  
coordinate si deducono facilmente tutte  
le formole della trigonometria sferica onde  
a tutto rigore potrebbe omettersi lo studio  
di questa parte di geometria sintetica  
questo però noi lo crederemmo meno  
opportuno consiglio, tra perchè esso è una  
delle più belle parti della scienza, e perchè  
molti problemi più rapidamente risolvono-  
si dietro la cognizione sintetica di esso

poi non puo' omettersi un trattato elementare che fra le altre cose deve avere in vista di disporre i giovani all'intelligenza de' classici che tanto uso hanno fatto e faranno sempre della Trigonometria spaziale che in realta' è nera <sup>creazione</sup> parte della scienza astronomica. Ma intendendo per quello studio agli scrittori di matematiche prime faccio in modo che nulla manchi di quanto <sup>abbia</sup> necessario per la soluzione di problemi spaziali; anzi ci dovranno esser di varie specie nuovi gravanti da rendere più possibile

(1) Ex adnotacionibus quas Angelus Secchius astronomieam disciplinam tradens in usum discipulorum scripsit.

SPECULATORIA TURRIS VATICANA  
PRO ANGELO SECCHIO.

**Q**UAE in Arce Vaticana speculatoria turris est, initum iam, dimidio abhinc saeculo, a Secchio opus provehit in suscipiendis imaginibus locisque stellarum. Itaque non modo aliquid habet, quod cum reliquis huiusmodi commune sibi sit in laudando viro clarissimo, quem lamentamur absentem, sed quodammodo tribuendarum laudum partem singularem sibi vindicat. Nuperis quippe annis, Leonis XIII munificentia, iterum exornata est instrumentisque munita, ut par esset operi olim a clarissimo viro suscepto, cui facilius et proclivius modo straverunt iter inventa pulcherrima, quibus lux adlaborat astronomo ministra fidelis ac testimonium irrecusabile veritatis.

Et Secchio quidem inter primores debemus nonnulla conamina, quo primum photographica vis ad caelestia scrutanda corpora felici Minerva admota est. Idque anno MDCCCL, die vigesima octava mensis Iulii primum fuit. Quum enim tunc insignis in Sole fieret ecclipsis, ingeniosissimus astronomus ratus est se posse facta congerere, si photographico usus esset apparatu,

prouti tune illa tempora concedebant, quibus dirimeretur quaestio de chemica irradiatione Solis, quam ipse vehementiorem e centro demigrare, procedere asserebat piae illa, quae a supremis manabat oris, prouti sunt in circuitu. Eruditissimi viri contra sentiebant, quos inter Arago ille magnus, argumentis experimentisque suffultus circa lucis « polarizationem » adstructis. Nec mora. Deficientis imago Solis illo apparatu photographico excepta est, qui unus tunc erat, et ab auctoris Daguerre nomine, Daguerrotypum nuncupabant. Res et exitus a spe non abivit; quinimo ostendit novam in imaginibus caelestibus exprimendis viam posse patere. Itaque, ratione priori Daguerrotypi sublata satis ardua et diurna, in alteram ventum est rationem, quae, chemico liquamine, quod *collodion* vocant, utens, multa morae detrahit, multa in melius commutat. Qua ratione Secchius usus, anno MDCCCLVIII seriem adortus est imaginum Lunae, admirabilis postmodum opportunis augendarum. Duo tamen obstabant, quarum alteram, aptam lamarum collocationem sub chemico radiorum conventu in telescopio, forsitan labor improbus et sexenties iterata viciisset industria; alteram,

humentem praeparationem lamnarum, quae medio in opere plerumque arescebant inertes, diligentia nulla, conatus nullus, diversaque tentamina non vincebant. Utramque difficultatem nunc profligavit tum acromatismus chemicus obiectivorum, tum diversa industria, qua lamnae aridae idoneae faciundis modo sunt, quia glutinato bromuro argenti praeparantur. Eequid, si viveret adhuc, non ille vir Secchius audacius nunc moliretur, datis rationibus, quae modo repertae sunt, et invaluerunt?

Quidquid est, quoties nunc in chartam photographicam caeli adstruendam incubimus, toties et Secchii nomen sponte in ora recurrit, toties desideramus, ut ille vivens, medius nobis ea videret absoluta, quae operosus adortus est, quae argumentosus posse fieri autu-  
mavit, quae toties est conatus, ut faceret. Nos autem, qui discipuli illius fuimus, qui praeceptore tanto ac duce gloriamur, toties exsultamus, quoties opus immensum illud prosequimur a caelesti indole illius olim tentatum, et inchoatum.

JOSEPHUS LAIS

## ANGELUS SECCHIUS INTIMUS.

**Q**UIBUS in conditionibus ab homine Vir, a Viro emicat homo?... Aedopol! non in cingulo, non in toga, non in eurnli, non in theatro; sed domi, sed pransus, sed diabatheratus, coram grato foeculo hiemali, medium liberis, amicis, familiaribus, servis, ancillis, electo per fenestras supereclio, laetitiam dante Baccho cyathis circumlati, sermones aequalibus miscentibus, liberis, praesertim si pueri, interrumpentibus. Itaque Secchium non in speculatoria turri requiremus suis totum in perseruationibus demersum, vel inventis gestientem, non medium in concilio coetue sapientum sua aperientem altissima, neque initam vitae rationem domi ritusque sequentem, sed omnibus solutum his vineulis, sed optime liberum, sed sibi suaque indoli creditum dirigendum.

Qua in re plenissimum numeris illud est iter, quod anno MDCCCLXVIII, Augusto mense, in Britannos fecit, Norwiche ad oppidum vocatus, in quo omnes fere Europae sapientissimi convenient.

Rem ab exordio aggrediar, fidesque narranti sit, cui praesto sunt quatuor epistolae ad fidem rebus firmandam, tum notitiarius subalaris, tum testis totius itineris, de quo saepe mentio recurrit, non modo vivus et incolumis, sed fama pulcherrima eruditis optime notus.

Itineris adeundi dies advenerat: socium Secchii sese ultro obtulerat, et benigne exceptus spoponderat in astronomicis uberrimae tunc spei Romanus adulescens, cuius nomen, ne ipsius modestiam laedam, occulto. Condieta hora, vaporitraha rapiente, ab Urbe Centumcellas versus demigrant, ibique Secchius ab eo, qui regundo Centumcellensi pago praefectus erat, non benigne, non humanissime, sed quadam, prouti conveniens erat sapientissimo viro, veneratione simul et exsultatione excepitur palatio, aula, conelavi, mensa. Blandiebatur audacter sequenti adolescentulo illi praefectus, et in futuri optimam spem, Secchii spem confirmante, erigebat. Itaque discedendi hora fuit, et in navim Galliacam *Orenoque* praefecto, illuc rerum potestatem habente omnium penitus et supremam, comitante dueuntur. Equis tunc ausus esset, praesertim cum ipse dux Gallicae navis comes et esset et una adduceret, chartas illas exquirere, quibus facultas fit civi a regno in regnum abeundi? Nemo petiit, nemo obtulit non petita; Secchii Societas ipsa, ad quam pertinebat, omnia paraverat, praeter grande nomen, quo non unius regionis aut regni incola, sed totius orbis terrarum civis honorandus iudicabatur. Adolescens noster nihil de huiusmodi crepidiis animo agitaverat, gestiens, exsiliens haud sperata sorte tanti itineris, talisque comitis, cui velut umbra addebat. Duodeviginti annos non eurare, negligere, immo et contemnere istas decet nugas: senescentem quippe iuvarem, prouti iuvescentem semem semper odivi. Solvit e portu: nocte pulcherrima caelum sideribus distinctum patebat ab aequo navis considerantibus, et quasi amico suo Secchii iter facienti festis ignibus plauderet, egregiam discurrentibus faciliis - a die IX in XI Augusti mensis - noctem paraverat. Massilium appulere, at in ipso itinere navis occurrrens admonuit ut notitiam de se ferrent ad rectores Massiliensis portus, qui iam pluribus a diebus eam exspectabant: demersam fortasse deflebant.

Adveniunt milites, custodes portus, visitaturi navim, et chartas adventantium inspecturi. Secchii nihil triste: non ita adolescentulo, qui repelitur absque misericordia: nec preces, nec bona Secchii verba animum ferreum invisentis militis et prohibentis expugnant. Quid faciat Secchii? Remittetne Romanum moerore tabescensem, confectum gravissime discipulum? Ad quamdam suam bulgam convertitur, manuque festinans in illa, doctum prouti decebat, re-

rum babylone piscatus nonnulla, pectori, quo magis mysteriosius potest, aptat in angulo, ac dein coram reddit insignis illo stenmate magno, quo ab Imperatore Francorum Napoleone III fuerat decoratus, et inter praeclaros equites legionis, cui ab Honore nomen, fuerat recentitus.

At milites prohibentes

*Ut videre virum, et fulgentia signa*

timentes cedere locum, obsequii exhibere signum, pavescere ne « ille abbas » aliquid politicum gravissimum perferret, quo nefas esset, et perniciosae plenum aleae opus a via prohibere, quos secum duceret. Sic igitur triumphali gravitate descensum est, totaque Massilia Secchius potitur. At vix eo loco fuit, ubi libere viam intimo sensui daret, in risus prorumpere coepit homericos - ab omni enim ostentatione et iactantia abhorrebant: saepeque fassns est se nunquam ita adversus se pugnasse et repugnasse, quam quum indutus illis aureis gravitatem supercilii praeferebat cohibus aegre in pectore risum, tum quia sibi ridiculus videretur, tum quia illi milites, animosi paullo ante et alares et superbi, repente facti humiles atque demissi, ridiculi viderentur non minus, quasi totidem male muleati fuste eanet. hac illae, quo melius oeyusque possent, conspectum eius fugientes. Gallia omni, quanta patet a Massiliensi ad Britannicum mare, emensa, Anglieum navigum, quo fretum interlunus tranaret, paratum et opperiens tantum virum, diu desideratum, in portu invenit. Ibi, tanta Angliec haeret animis Secchii aestimatio, ut neque bulgam, neque capsam, nec quidquid ad eum pertineret quis tetigerit, attrectaverit, ne eupere quidem vide dixerit. Lecto nomine, salutabant, aliquo inspectores divertebant. Eadem adulescentulo fortuna fuit.

Londinum denique accipit adeuntes. Erat Secchii parata iam domus, hospites, qui acciperent, exspectabant. Numquid illuc discipulum duceret? Numquid in Norwiche oppidum, ubi sapientum conventus haberetur, deferret? Quaeendum erat ante omnia deceens adolescentulo hospitium, cui mores et pietatem iuvenis et Londinensis urbis nullam experientiam commendaret: - « Ibfus, - inquit, - Academiam versus; illuc aut ego e nostratis cognoscam aliquem, aut aliquis ex nostratis... age, vel et aliquis ex extraneis me cognoscet. Tu modo circumspice, dum viam aggredimur, fili mi, si quis tibi vultus ex conviis italicis videatur. »

Haec clarus ille vir mihi retulit, et verba eius usurpo: - « Et ille abiens considerabat: Die, sodes, equis ille? Nonne ad rem nostram pulchre facit? - Minime, Pater optime. Nonne vides simum nasum, rubricantem erinem, vultum denique totum, qui una cum caeruleis oculis incolam Europae septentrionalis ostendit? - Proceditur... - Eequid de illo tibi videtur, qui hoc sub sole aestuoso mastricatus inedit? - Minime nobis erit. Animadverte. Niger ore, crispus capillis. Ex India vel Mauritania: non ex Italia nostra. - Denique ecce vir. meo iudicio Italus vultu, incessu:... at superveste ita oblonga utebatur ut ferme talos contingere... Italus certe hic! Et Secchius anglie adortus est: Die, sodes, quo itinere ad Palatium Academiae pergemus? Dein, summa industria, Italice addidit: Gratissimum exhibebis, quia advenae sumus tum ego qui Secchius Angelus, tum hic speculae Collegii Romani addictus. Ille maternae linguae gratia quasi ore resplenduit: Atqui, - inquit, - et Italus ego, et sacerdos, Paulus Fortini, et tuae famae guarus, et visendi te cupidus. Hospites mei eritis: siquid potuero, vobis valebo. - Brevi res omnis acta, et ipse hospitium naetus sum 2 Wellington, Road Walham Green. Inde postquam Secchius, egregia notatus admiratione et planu unanimi Norwiche, Londinum redit. Italiae iterum arrepta via est ».

Habes in duobus hisce et festivam hominis indolem, et ingenium quotidianis sat compar, ut dominaretur, eventibus, et se ab improvisis emerget.

P. d. V.

ANGELI SECCHII SCRIPTA.<sup>(1)</sup>

Solarium rationum physicus prospectus (Italice *Quadro fisico del sistema solare*). — Romae ed. an. MDCCCLIX.

Physicarum virium unitas (Ital. *L'unità delle forze fisiche*). — Exstant editiones duas italicae, germanica et gallica una.

De Sole (Galliee *Le soleil*). — Bis gallice ed., semel germanice.

Desideribus (Ital. *Lestelle*). — Edit. an. MDCCCLXXVI. Basis trigonometricae mensura iuxta Appiam viam stata (Ital. *Misura della base trigonometrica eseguita sulla via Appia*) an MDCCCLIV-LV.

Cosmographiae tractatus in usum scholarum (Ital. *Traettato di cosmografia per uso delle scuole*).

Physices terrestris elementa, quibus additae sunt orationes duas de rerum naturae magnitudine. (Ital. *Lezioni elementari di fisica terrestre con l'aggiunta di due discorsi sopra la grandezza del creato*) — Scripta postuma ed. an. MDCCCLXXIX Romae — Augustae Taurin. ab Ermanno Loescher.

In « Tiberina Academia » relatio integri solis defectus an. MDCCCLX in Hispania perspecti; praeterea animadversiones atque inquisitiones astronomiae de magno cometa, qui mense Iunio an. MDCCCLXI apparuit.

Inter « Acta Academiae Pontificiae novorum lynceorum » studia octoginta octo de variis argumentis circa astronomiam, astrophysicam, geophysicam et physicam universam.

In commentario, cui titulus *Annali delle scienze matematiche e fisiche compilati da B. Tortolini* (Romae MDCCCLVII), studia viginti octo prouti supra.

In commentario cui titulus *Astronomische Nachrichten begründet von H. C. Schumacher*, studia centum et triginta tria de stellis errantibus, duplicitibus, asteroidis, de maculis et prominentiis solaribus.

In commentario, cui titulus *Bibliothèque universelle de Genève. Archives des Sciences Physiques et Naturelles*, studia octo de vi magnetica terrestri et de novis repertis spectroscopicis cum natura corporum caelestium comparatis.

In commentario, cui titulus *Bullettino meteorologico dell'Osservatorio del Collegio Romano* studia sexaginta octo de meteorologia et astrophysica.

In commentario, cui titulus *Civiltà Cattolica* (an. MDCCCL) de P. Francisci De Vico S. I. vita et operibus.

In commentario, cui titulus *Comptes rendus de l'Académie des Sciences de Paris*, studiorum suorum relationes atque animadversiones variae centum et octoginta quatuor.

In commentario, cui titulus *Giornale Arcadicco*, scripta viginti sex de climatologia, historia physicae disciplinae variisque argumentis.

In commentario, cui titulus *Memorie della Società degli Spettroscopisti Italiani*, studia quadraginta novem de spectroscopia solari ac siderali, deque rebus variis ad astronomiam spectantibus.

In commentario, cui titulus *Memoria della Società Italiana delle Scienze, detta dei XL*, scripta quatuor circa spectra « prismatica » stellarum inerrantium ac nebularum Orionis.

In commentario, cui titulus *Il Nuovo Cimento* an. MDCCCLV et seqq., quadraginta ac tres descriptiones mensurarum observandique rationum de vi magnetica terrestri, de maculis solaribus, de nonnullis cometis, de machinis physicis, etc.

In commentario, cui titulus *Rivista scientifico-industriale di G. Vimercati*, studia octo de varia doctrina.

In commentario, cui titulus *Smithsonian Institution* (Washingtoni, an. MDCCXLIX), studium quod inscripsit *Rheometry*.

I. F.

(1) Ut plena sit apud socios et lectores nostros notitia de studiorum agitatione itemque industria ac labore Angelii Secchii, hunc indicem perfecimus, quem, ut integer foret, pro posse curavimus.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Paesi Phil. Cuggiani.

vam hominis  
sat compar,  
ab improvisis

P. d. V.

RIPTA.<sup>(1)</sup>

s (Italice Qua-  
tomae ed. an.

ità delle forze  
italicae, ger-

llice ed. semel

DCCCLXXVI.  
Appiam viam  
nometrica ese-  
LV-LV.

nolarum (Ital.  
e scuole).

litas sunt ora-  
dine.(Ital. Le-  
vaggiunta di  
ato) — Scripta  
mae — Augu-

egri solis de-  
specti; praefi-  
tiones astro-  
nese Iunio an.

orum lyneo-  
is argumentis  
eophysicam et

le scienze ma-  
tolini (Rome  
prouti supra.

e Nachrichten  
dia centum et

plicibus, aste-  
laribus.

e universelle  
siques et Na-  
terrestri et

natura cor-

eteorologico  
studia sexa-  
physica.

tattica (an.  
S. I. vita et

lus de l'Aca-

a storum re-  
e centum et

adico, scripta  
physicae di-

della Società  
quadraginta  
erali, deque  
ibus.

della Società  
cripta qua-  
larum iner-

Cimento an-

tres descri-  
ationum de  
laribus, de

, etc.

tifico-indu-

re varia do-

Institution  
dium quod

I. F.

stros notitia  
abore Angeli  
nteger foret,

isperitus.

ani.

# LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE DI S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praeftiunculam a Paulo Sabatier, viro  
rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum inter-  
pretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae  
*Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Sal-  
vadori, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima  
edidit cura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis Administratorem* venit  
L. 0.50, in pauperum levamen.

## FIDES, QUOD MUSICUM ORGANUM STRADIVARIUS

Cremonensium artifex celeberrimus confecit,  
Romae veneunt.

Negotium agitur apud *Vocis Urbis* administra-  
torem Romae, via Alessandrina, 87.

### ANNALES.

Eduardi VII, Anglorum regis, oratio —  
Macedonica res — Mauritanum bel-  
lum civile.

**D**iu et anxi expectatam audivimus tandem  
Eduardi VII ad populi legatos orationem, in  
qua partes duas peculiares videntur, altera  
de bello in Mad Mullah, falsum illum prophetam,  
gerendo, quod Anglorum Imperator edixit ad  
ultima deferendum; altera de Macedonica re  
Anglie propositum confirmans una cum Au-  
strorum ac Russorum populo agendi, ut Tur-  
carum gubernium Macedonum leges, pro vi-  
layet praesertim Salonico, Monastir, Kóssovo,  
in melius corrigit. Inde dubium quodvis remo-  
tum est de concordi voluntate nationes mo-  
vente, quae Berolinensi foederi accesserunt, ut  
scilicet, nulla mora interposita, diuturna sol-  
vatur causa agitationum pariter atque pericu-  
lula in omnem Europam ex Haemorum penin-  
sula.

\*  
Ecquis enim ignorat quotidie illic perturba-  
tiones crescere? Concedo libenter rem forsitan  
relatis verbis exasperari; at non est negandum  
sub cinere magnos ignes recondi, eosque, ni  
cittius extinguantur, incendium vehementissi-  
mum ex improviso producere posse. Nec quis-  
quam dixerit cautions ac prudentiam defecisse;  
consensu enim magnarum nationum ipsi Bul-  
gari accedunt, multis provis in conuentus et  
singulos homines evertendarum rerum cupidos.

\*  
Ex Mauritania nuntii quotidie secum dis-  
sentunt; ex recentioribus tamen innotuit Im-  
peratoria agmina nova pugna ad Fez urbem,  
fugatis hostibus, plenam victoriam reportasse.  
Haud vero erit mirandum, lectores, si cum hic  
nostri Commentarii numeros in manus vestras  
pervenerit, fam rerum facies sit immutata...

PROPOLICOLA.

# FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

## URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

 **IBER** (vulgo "ALBUM")  
praincipia Urbis referens, pulcri-  
tudine insignis atque, commen-  
tarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse  
conflatus, apud eumdem commentarii admi-  
nistratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,  
ven. lib. 1.50.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

**I**n Austria Welsersheimb, patriae tutelae  
magistratus summus, dictantes iam exerci-  
tus binos in Austria ad bellum prope instrui-  
mendacii coaguit. Bruxellensis rogatio de sac-  
cari commercio a legatis approbata est: pariter  
que ratae pactiones quotannis examinandae  
de Hungarorum Austrorumque mutuis iuribus  
officiisque.

In Bulgaria perduellum copiis quae contra  
Macedonum fines congregantur, acri vigilantia  
obsistendum esse municipes censuere.

In Gallia oblatam, ut assolet, rogationem de  
legato Galliae apud Romanam Sedem amovendo  
populi legati respire. Mox propositionem, ut  
leges contra religiosos sodales mitigarentur,  
pariter reiecerunt.

In Germania de externis rebus gerendis  
Bulowius dixit pacem supremam metam Germanis  
conatibus esse propositam. Persequutionis  
iamdiu in Catholicos initiae ultima vestigia  
sese abrasuros Germani affirmarunt, promittentes  
in coetu Germanico foederali ob redditum  
Societatis Iesu se suum suffragium latus.

In Iberia Montero Rios, qui Senatui preeest,  
de factione libertatis, ut vocant, in coetu mu-  
nicipum dixit; haud vero putant factio principatum,  
Sagasta vita functo, illi tradendum  
omnino: ad rem triumvir potius delegentur.

In Italia de summa expensarum pro singulis  
publicis operibus officiisque disceptatione per-  
acta, habita est de ferreis vehibus deque te-  
lephonis ratio: pariter et de Iauensis portus  
fortuna nonnulla cauta sunt. Ad ultimum ro-  
gatio de exercitu minuendo a «socialistis»  
proposita reiicitur.

SCRIBA.

### AENIGMATA

I.  
Vox eadem signo Troianum, caeca cupido  
Quem noctu Danaum visere castra iubet.  
Dum quaerit praedam, Tydidae praeda fit ipse...  
Vox eadem telum cuspid signo minae.

II.  
Signo lacum, stagnum, piscinam, signo foramen;  
Rho mihi subnectas: conelavibus addo deco-  
[rem].

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis  
interpretationem ad commentarii mo-  
deratorem miserint intra duos menses,  
unus, sortitus, gratis accipiet opus,  
cui titulus:

TH. VALLAURI  
HISTORIA CRITICA LITTERARUM LATINARUM.

Aenigma an. VI, n. I propositum his respondet:

Lac-rima.

Id rite solutum miserunt:  
Th. Vignas S. P.; M. Mori, Roma — Guil. Schenz,  
Ratisbona — Rich. Malotta, Starawies — Cam. Stra-  
schill O. F. M. — Ios. Wabner, Varsavia Polon. —  
Ioan. Battanius, Volaterra — G. Maurer, Bonna  
Ubiorum — Petr. Garrone, Pezzana ad Vereitas. —  
D. Macrae, Edderton — Bas. Kabrhel Sch. Piar,  
Praga — Alex. Malandi, Neapoli — Mich. Fusco,  
Formicota — Ios. Rokosny, Sandomiria — Prince  
Gordon, Maneunio — H. A. Strong, Liverpotia. —  
Ios. Waver C. SS. R., Limburgo — Iul. Sernatinger,  
Dresden — Ioan. Schnih, Eger in Hungaria — Colle-  
gium Scholarum Piarum Stellae, — Ioan. Cantono Ceva  
marchio, Vercellis. — V. Herthel, Mendhusio. — Ad.  
Huza, Gryboria. — C. Strachey; P. H. Ezechiel, Lon-  
dina. — Bon. Hansen O. S. B. Torah. — F. Armori, Je-  
dotiano. — Ios. Walter, Neo Eboraco. — Alois. Cappelli,  
Senis. — Ans. Roberti, Marieville in Canada. — E.  
Burg, Argentorato. — A. Roche, Kandy in insula  
Ceylan. — St. Figieliski, Rapino. — D. Le Provost,  
Brioven. — H. Dossvald; Soror Maria Loyola, Chic-  
agine. — A. P. Gest, Lambertville. — I. William, Battle.  
H. Landi, Turrita. — I. Grambonini, Poteggio. —  
A. Roberge, Chicotino.

Sortitus est praemium

JOANNES CANTONO CEVA,

ad quem missum est opus, cui titulus:

LEONIS PP. XIII

CARMINA NOVISSIMA.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM  
COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA.

Qui premium uti supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*

b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

**QUI NOVOS DABIT SOCIOS**

elget insuper:

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae sua, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italiam ubique ad Libell. 7,50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diritorio Reipublicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;

c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

*Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.*